

1546 [= 1388] in basi quadrata SMET. Beneventi PAT. SMET.

L · TARQVINIVS
sus
I A N V A R I V S
IN · SVO · FVNDQ
HERCVLI · V · S

Codex seminarii Patavini 175 f. 9'; Smetius ed. 24, 12 (a ms. abest) auctore non indicato (non a Wastelio, ut ait Grut.) eodemque exemplo cod. Waelseapple f. 70, qui exhibet delineatam. Inde Grut. 44, 11 e Smetio; Verusius R. f. 83, B. f. 4 'in Gruttero'; Pacichelli *lett. fam.* 1, 49, qui errore ait se vidisse; Nicastrò 2, 435 'come riferisce Grutero, se bene oggi non ne apparisce memoria'. Apud Paccam non refertur; sed in sylloge Ruffini Paccanis adiuncta Garruccius (Ben. p. 56) delineatam repperit. Inde Vita p. 71 et I, 14 (ex eo Donat. 34, 6) dedit aere expressam, ita de anaglypho disserens, quasi vidisset. Mihi delineatio illa Ruffini, qui nec locum ullum ponat et totus pendeat ex iis ipsis auctoribus, qui hunc titulum vidisse se negant (v. p. 140 extr.), omni auctoritate destituta esse videtur.

In libro Patavino adhaeret ad n. 1575. — Pro sue Smetii ovem ponit Vita; omittit Pat.

1547 [= 1381] Beneventi in pariete antiquo de Rotundis VERVS.

latere dextro:

IVNONEI · QVIRITEI · SACRA TI
C · FALCILIVS · L · F · CONSOL . . . LEIVS · L · F · PR
DEDICAVIT

Servavit Verusius R. f. 74, B. f. 1; inde posteriores: Pacichelli *lett. fam.* 1, 48, qui lapidem vidit et ipse; de Vita p. 67 et cl. I n. 8; Orelli 1305, qui falsam iudicavit; Garrucci diss. arch. 1, 96, Ben. p. 24.

2 FALCIDIVS Vita interpolans; adnotat Verusius: 'C · FALCILIVS incertum est an sit ille C · Falcidius trib. pl. tempore Augusti; si ille idem est, mendose et corrupte pro Falcilio Falcidium dicunt.' — In latere dextro scripta om. Ver. (Rom.). — De magistratibus consule et praetore vide supra p. 136.

1552 [= 1393] Beneventi sub arcu pontis Caloris RED.

SILVANO · STAIANO
p LAVTIA · FELICITAS
PRO · FILIO · CRESCENTINO
VOTVM · LIBENS · SOLVIT

Servaverunt pendentes ex eodem exemplo codex Redianus f. 121' n. 62 (inde Gud. 42, 10; Don. app. p. 555 n. 11 ex ms. antiquo; de Vita I, 17 ex Donio; Garrucci Ben. p. 58 male), Ambrosianus C. 64 f. 75' (inde Mur. 71, 4 ex Donio et schedis Iulii Guastavini), Marulus n. 55. Orell. 1605 temere in suspicionem vocavit.

Versuum divisio incerta. — 2 ILAVTIA Red. Ambr. Mar.

1548 [= 1375] grande architrave di marmo pario lavorato a fogliami e tutto simile a quelli che osservansi nell' arco di Trajano NICASTRO. Beneventi domi domni Iosephi de Vipera VERVS. prope aedes olim de Vipera nunc Cardone VITA.

bucranium

LIMEN · AD · HOC · POPVLI · PERSOLVITE · VOTA · TONANTI

Verusius R. f. 135, B. f. 1. Pinxit Ruffus de Ruffinis in vol. ms. bibl. Pedicinae. Ex Verusio reliqui: Nicastrò 2, 401 (teste Garruccio, nam mihi haec non sunt enotata), qui videtur vidisse et ipse; Pacichelli *lett. fam.* 1, 45; de Vita p. 53 et I, 1 (ex eo Donat. 3, 1); Garrucci diss. arch. 1, 177, Ben. p. 51; Orelli 1272 (ubi Henzenus in adn. titulum in dubium vocavit).

Bucranium delineat Ruffus, haec adnotans: 'cuius lapidis aberat pars supponiturque cubare alibi'; infra dantur haec:

SED MEA PARNASSI PERCIPE VOTA DEVS
TV DEFENDE CAPVT DVRANTIS TEGMINE LAVRI
SIC EGO NEC TONITRV NEC METVAMQVE IOVEM

Quattuor versus hi leguntur apud Verus. (Rom.), sed ut primo linea subducatur; Verus. (Ber.) solum 1 proponit.

Tres versus postremos in adnotatione positos cum novicios esse appareat, etiam in primo *populi* pluralem et locutionem illam *persolvite vota* Christianos presbyteros magis quam religionem antiquam redolere adnotat Buecheler recte, fierique potest ut hic quoque ficticius sit; ab auctoritate tamen satis defensus est.

1549 [= 1376] cippus. Beneventi in hortis ad aedes de Syndici GVALT.; domi primicerii Volpi in porta aurea VER.; prope Ulpios VITA. Hodie in domo marchionis Capobianco Carifi.

IOVI
TVTATORI
urceus MAR/S patera

Recognovi recognovitque post me Dresselius. Gualterus n. 136; Verusius R. f. 124, B. f. 1 (inde de Vita p. 53 et I, 3; ex eo Donat. 2, 10); Garrucci diss. arch. 1, 177, item Ben. p. 51 ex lapide. Orelli 1273.

3 MARIS Gualt., MAR// Ver. (Ber.; om. Rom.) et sic est hodie; MARLEN(ses), quod Garruccius ait esse in lapide, ego non repperi, ut non magis quisquam ante eum vidit in parte superiore litteram A//. Dresselius denique, quem inscriptionem ad ipsum lapidem denuo exigere iusseram, rettulit utramque Garruccii lectionem commenticiam esse. Nec qui Gualterum novit auctorem imperitum, sed qui fideliter quae videre sibi visus esset in pugillaria referret, MARIS illud ab ipso confictum esse credet.


1553 [= 1385] Beneventi, basis ante tres annos refossa ad portam Rufinam prope DD. Mustos, ibidemque extat PACCA.

DEAE · VENERI
GENETRICI
SACRVM

Pacca ms. p. 3, ubi addita est manu diversa (inde de Vita p. 66 et I, 21, licet contendat ipsum se descripsisse; ex eo Donat. 33, 6; Orell. 1376; Garrucci Ben. p. 55).

2 C · ENETRI · C · L Pacca, em. Orellius.

1550 [= 1402] Beneventi in colle rotundo occidentali archiepiscopi Simeonis VERVS.; al presente non si rinviene NIC.



Verusius R. f. 5 delineavit (inde Nicastrò 2, 442, Pacca p. 6, Vita I, 26, quorum hi duo Verusium citant). Ab altero codice B. f. 5 anaglypha absunt. A prioribus Garrucci Ben. p. 74. *Mithrae Soli Sacrum* Verusius.

1551 [= 1392] Beneventi ante aedes de Russis GVALT.

S I L V A N O
S I G N V M · C V M
BASE · M · COSNIVS
PRIMITIVVS · VOT · LIB
5 SOL
Gualterus n. 132; Verusius R. f. 92, B. f. 5 'in doctoris Viglioni manuscripto' (inde de Vita I, 19). A prioribus Garrucci diss. 1, 178, Ben. p. 57.
3. 4 BASTHEM COSHIVS | RIMITIVVS Verus.

1554 Beneventi in domo principis Morra.

L · VINVCIO Q · L ^{Aronio. cos.} a. u. c. 721
IVS · C · VARI · DEN
MAG · C · VARI · C · L ·
PHIL · PAMPIEA · D · S · P ·

Recognovit Dressel. Garrucci diss. arch. 1, 104 tab. 10 p. 1, Ben. p. 34.

L. Vinucio Q. La[ronio cos.] ius(su) C. Vari Den(tionis) mag(isterio) C. Vari C. l. Phil(ippi?) Pamphila d(e) s(ua) p(ecunia). Quod commendat Garruccius Den(tionis) mag(istri) C. Vari(us) C. l. Phil(ippus) Pamphil(ianus) La(ribus) d(e) s(uo) p(osuit) et propter duplex cognomen liberti et ob alias causas displicet, et quamquam verum est contignatione e (sic enim in lapide esse et Garruccius ait et confirmavit Dresselius) non recte significari litteras IL, litterae tres ILL multo minus hoc modo contignantur.